

surgere a confusione mitebat. et per hoc ad semetipsam diuerberata iam redeat. per quod enim semetipsam iam collecta et coadunata transibat. Temptatio ergo est vita hominis super terram. quia aut aliena ut virtutibus ad celeste patrium surgere non valet. aut dirata domus spiritualibus aliquando in deterius ex occasione virtutum ruit. hec greg. De eodem etiam per quendam dicit. Nullus gradus perfectiois quantumcumque excellens in tota vita patrii et quolibet tempore vel preteritis potest esse sine temptatione et tribulatione. quia nihil nisi temptatio est vita hominis super terram. unde dicit iob Militia est vita hominibus super terram per quam. scilicet militiam pugna continua instaurat contra tres hostes viatoris. scilicet carnem mundum et diabolium. hec ille. Considerantes igitur quod non sit pax in ista vita que plena est temptationibus. profugiamus ad creatorem neminem et humiliter postulemus ab ipso auxilium. ut temptationibus resistere valeamus. ad quod hortatur beatus bernardus. sic dicens. Non potest esse pax firma et solida nisi in regione sua in totis temptationibus est vita nostra ut non immerito tota ipsa temptatio debeat appellari. Sed qui sumus nos aut que est fortitudo nostra ut tam multis temptationibus resistere valeamus. cum temptationis impetus sentimus in cogitatione. statim fugiamus ad ipsum et humiliter postulemus auxilium nonne cooperatur nobis in bonum illa temptatio. Unde et humiliores efficimur et cautiores. hec bernardus. Filius.

Quapropter informari de virtutibus que se paleant sub virtutis specie ac etiam de prauis consiliis et laqueis demonum. quibus solent fideles et christi militantes temptari.

Ca. V. Pater

Scire debes quod triplex est temptatio manifesta

et impetuosa et fraudulenta. Temptatio manifesta est cum quis temptatur plurimam superbiam aut auaritiam et cetera vitia que aperte et manifeste mala sunt. hac temptatione temptantur infirmi ac teneri in quibus nondum radicans est timor et in quibus amor seculi non est extirpatus et ideo reaccendit et ex concupiscentiis mundi sicut candela adhuc famigans cito capit flammam. Temptatio vero impetuosa est. que quasi violenter ad peccandum stimulat. et hec temptatio solet fortiores impetere. ut qui mollioribus non flectuntur duris et robustioribus temptationibus quasi ventis validis euelluntur. Temptationes fraudulente sunt. que sub specie boni se palliant. et licet quosque rudes vel stultos decipiant. qui nondum agnouerunt altitudinem sathanie. id est astutias eius. tamen singulariter perfectis et bene proficientibus insidiant. Unde dicit psalmista. In via hac que ambulabam absconderunt. Et beatus paulus. Ipse sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Si enim in eis sua figura appareret que turpis est horrerent eum et fugerent. si aperte impugnet eos esserent ei et auxilio dei fugarent eum et vincerent et sic apud eos non proficeret. boni enim qui mundi sunt detestantur immunda peccata. quia virtuosus sunt virtualiter contra omne malum repugnant. quod malum est agnoscunt. venit ergo angelus sathanie in specie angeli boni quem creditur a bonis diligere ut tanto facilius decipiat eos quo bonus nuntius putatur. et qui non soleat nisi bona nunciare et suadere. Unde dicit beatus bernardus Bonus nuntius qui nisi boni similitudine deceptus est. et ut facilius recipiat eius persuasio. primo sola bona proponit postmodum mixta malis. tandem falsa bona sed vera mala. postremo cum irriterit eos et illa quaerit insolubiler capere per

nenatum erigit. et etiam in aperta pec-
cata eos deicit. sicut scorpius qui blā-
dam faciem habet et caudā venenosam
cum qua occidit. quanti sub specie spi-
ritualis dilectionis semīas spūales visi-
tant. et orationum ipsarū obrentu. ec-
ce quanta puritas in intentōe prima.
scilicet castitas et devotio. postea sequuntur
longe fabulatiōes. modo de deo. modo
de mutuo ipsorū amore et fide. et deinde
sequuntur amorosi aspectus. Ecce quo-
modo mixta sunt tam bona spūalis so-
lationis et collocutiōnis et fidelis affe-
ctionis cum malis inutilis solatiōis
et incaute familiaritatis et inutilis oc-
cupationis cordis circa dilectōem. tā-
dem sequuntur falsa bona sed vera ma-
la. scilicet amplexus. oscula et cerera incon-
uenientia que oīa suspecta sunt. et car-
nalis affectionis indicia. et turpis ope-
ris precludia. **XV.** Et norandus quod
hec affectio carnalis siue amor inordi-
natus oritur hinc ex nimia familiarita-
te que nunquam est bona et ex suggestioni-
bus et immisionibus dyabolicis. et non
solum solet haberi inter religiosam et
religiosam. verum etiam inter feminā
et feminam. masculum et masculum cu-
iuscunque conditionis tam secularium pro-
fana quam etiam religiosarū personarū.
Inter seculares et carnales hic amor
totaliter est carnalis. nec habet aliquid de
spūali amore. qui cum prevalet et ei non
resistit. ad magnam immundiciam et
turpitudinē carnis hominem pertrahit.
de qua nec loquendum est. inter religio-
sos vero hic affectus siue amor est spū-
alis. postmodum crescente quadam fami-
liaritate et suggestione temptatoris so-
let admisceri carnali affectiōe. postre-
mo vero prevalente dyabolo et eius tem-
ptatione. ac propria negligentia. torus
hic amor mutat in carnalem amorem
quia astutus diabolus primo occultat

temptatiōis laqueum. donec amor cre-
scat et tenax fiat. et quibus corda timen-
tium deus huiusmodi amor carnalis
non obstat. tamen qui hanc passionem su-
stinent magna impedimenta in spūa-
libus exercitiis et in amore dei patiuntur.
Et licet homo timorem dei ac sue sci-
entiae pre oculis habens in flagitiū ma-
gnum non incidat. tamen magnas mo-
lestias animi et remorsus quosdam con-
scie propter talem temptatiōem die no-
cturne in anima tolerat. Unde necesse
est ut quilibet qui se per hunc inordi-
natum amorem pulsari considerat antequam
nimis preualeat et in aliquo anime peri-
culum deducat huic anime periculose tem-
ptationi resistat. In hunc etiam modum
superbia se sepe palliat. sepe avaricia.
invidia. et alia vitia que cum non audet
bonos temptare apte quos sciunt odi-
re omne malum. aliquo virtutis velamen
assumunt ne agnoscant esse quod tamen sunt
sicut qui se mentis amicum esse donec
dolose admissus interficiat. De his vi-
tiosis que sub specie virtutum se tegunt et
de remediis contra hec vitia videlicet con-
punctione beatus gregorius in. iij. mor. sic
dicit. **Quisquis subigere vitia appetit. et**
ad eterne retributionis culmen iuxta in-
tentionis gressibus tendit. quo magis
vallari se vitiorum bello videtur aspicit.
eo se virtutum armis robustius accin-
git. et tanto minus iacula metuit. quā-
to contra hec venientia fortiter peccati mun-
nit. Sed plerumque dum contra hoc tem-
ptationum bellum fulciri magnis virtu-
tibus nitimur. quedam se nobis vitia sub
specie virtutum tegunt. et quasi blanda
ad nos faciunt. sed cuius aduersi-
tates sunt discussa sentiunt. Unde et
amici beati iob quasi per consolationem ve-
niunt. sed in contumelias presumunt
quia insidiantia vitia virtutum facies
assumunt. sed hostili iniectione nos

feriunt. nam sepe immoderata ira. iusticia. et sepe dissoluta remissio vult misericordia videri. sepe incautus timor humilitas sepe effrenata supbia. appetit libertas apparere. sed si erumnā nostre captiuitatis agnoscimus. si ex amore patrie in intimis tolemus. vitia que male letis subrepunt. bene tristibus preualere non possunt. **Uñ** et bene subdit de amicis beati iob. **Cūq;** eleuassent oculos suos pcul nō cognouerunt eū. **Afflictos** eī nos vitia minime cognoscūt. qz triste cor mox vt pulsauerint reprobara resiliunt. et que nos letos quasi nouerāt. qz penetrabant. mentes cognoscere nequeūt. qz ipso nostro rigore frangunt sed antiquus hostis quo in eis fortiter deplendi se cōspicit. eo illa sub virtutū ymagie altius abscondit. **Uñ** subdit **Et** exclamātes plorauerūt scissisq; vestibus sparserunt puluerem sup caput suū sederuntq; cū eo in terra. signat em̄ pietas p ploratum **Discretio** p scissionem vestiu. effectus opeꝝ p puluerē capitu. humilitas p sessionem. **Aliquando** em̄ piū quid hostis insidiās simular. vt ad crudelitatis terminū pducatur. sicut est cōplecti p disciplinam culpam phiber. quatenus que hic nō reprimi gelatine igni feriat. **Aliqñ** discretionis imaginem oculis obicit et ad indiscretionis laqueos pducit. sicut est cū impulsu eius pro infirmitate nobis plus alimētoꝝ q̄si discrete pcedimus. sed in discrete ptra nos bella carnis concitamus. **Aliqñ** aut affectū simular bonoꝝ opeꝝ sed p hunc inquietudinem irrogat laborū sicut est cum quis quiete non valet et quasi de ocio iudicari timet. **Aliquando** em̄ imaginem humilitatis ostentat. vt affectum humilitatis subtrahat. sicut est cum quosdā plusq; sunt infirmos atq; inutiles sibi

metipsis asserit vt dūz se nimis indiget nos p̄siderant. res in quibus p̄desse potuerant ministrare p̄mescant. sed luxuria que sub virtutibus specie antiquus hostis occultat. valde subtiliter manus p̄punctōis examinat. qui em̄ veraciter intus dolet. que agenda foris queque non agenda sint fortiter p̄videt. si em̄ vis p̄punctōis in intimis afficit oīs strepitus prave suggestiōis obmutescit. et si cor veraciter dolet. linguam contra nos vitia nō habent. **hec greg.** **A** **Et** norandū q̄ antiquus hostis tanta se arte palliat. vt nōn̄ ante oculos decepte mentis vitia virtutes fingat. vt exinde quisq; quasi expectet p̄mia. vñd eterna dignus est inuenire tormenta. et p̄pter hoc eo tardius mens viriū deserit. quanto p̄ virtutis speciem decepta p̄miorū etiam de eo retributionē querit. **De** hoc beatus greg. xxij. moral. exponens illud dicitū. **carilago** illius q̄si lamina ferrea sic ait **Qui** em̄ p̄ cartilaginē nisi firmilatio ossis accipit. **Cartilago** namq; ossis ostendit sp̄m sed ossis nō habet firmitatē. **Et** sunt nōnulla vitia que ostendūt in se rectitudinis speciem sed ex prauitatis p̄deunt infirmitate. hostis em̄ nostri malicia tanta se arte palliat. vt plerūq; ante decepte mentis oculos culpas virtutes fingat. vt inde quisq; quasi expectet p̄mia. vñd eterna dignus est inuenire tormenta. **Plerūq;** in vlciscendis virtutis crudelitas agit. et iusticia putat. atq; immoderata ira iusti zeli meritū credit et cū a virtutis moribus peccantes dirigi caute debeant. violenta inflexione franguntur. **Plerūq;** dissoluta remissio quasi māsuertudo ac pietas habet et dū plus q̄ decet delinquentibus tpaliter parcitur. **Nonnunq;** effusio mīa creditur et

dum male seruare culpa penis spargi
quod acceptum est non timeat. Aliqui tamen
more incompetens humilitas credit. cum
reperi formidat pressus quisque a defen-
sione veritatis tacet. arbitrat quod iuxta
rei ordinem humilem se porioribus ex-
hibet. Aliqui vocis superbia veritatis li-
beras estimat. et cum per elationem veri-
tatis pradicis peccatas veritatis defen-
sio purat. sepe ad ea que agenda sunt
cauta precipitatio laudandi feruor su-
um credit. et cum desideratum bonum in
temporaria actioe corrumpitur. eo agi
melius quo celerius estimat. sepe ac-
celerandi boni tarditas consilium purat
et cum expectat ut per extractione profici-
at. hoc infidians mora supplantat. igitur
cum culpa velut virtus aspiciat necessa-
rio pensandum est. quod tanto tardius mens
vitium suum deserit. quanto per virtutis
speciem decepta premiorum etiam de eo
retributionem querit. facile autem culpa
corrigitur. que et erubescit. quod esse culpa
sentit. quod ita error cum virtus credi-
tur difficilius emendat. recte dicitur. carti-
lago illius quasi lamina ferrea. **Belx**
motus eius iste quo sub pretextu boni cal-
liditate sua fraudulentius exhibet. ut
eo in culpa mentem durius tenet. **Hinc**
est quod nonnunquam hi qui quasi fidem sancti-
tatis appetunt. in errorem lapsi tardius
emendantur. Rectum quippe estimant esse
quod agunt. quod sicut excolendae virtuti sic
vitio perseverantiam iniungunt. rectum
estimant esse quod agunt. et idcirco iudi-
cio suo enixius seruiunt. **hxc greg.** **B**
Notandum etiam quod sunt diuersi tem-
perantes et laquei dyaboli ac perplexita-
tes ut plerisque ita peccare faciant ut si
fortasse peccatum fugere appetant. non tam-
en sine aliquo peccati laqueo euadant.
nec etiam valeant ab uno vitio solui. nisi
consentiant in aliquo ligari. Sed cum a-
liquis sic circumdatus laqueis dyaboli

fuerit. ut nequaquam sine peccato transi-
re et euadere eius retia possit. ibi viam
euadendi querere studeat. ubi minus
periculum anime esse spererit. **De istis**
perplexis temptationibus dyaboli beatus
greg. xxi. mora. tractans illud. **Nervi**
testiculorum eius perplexi sunt. sic ait.
Nervi testiculorum eius perplexi sunt pe-
stifera argumenta machinationum eius.
Per ipsa quippe calliditatis sue vires
erigit. et fluxa mortalium corda corrup-
pit. **Testiculi** eius sunt suggestiones per-
ue. quibus in mentis corruptione ferues-
cit. atque in stuprata anima iniqui ope-
ris plenum gignit. sed horum testiculorum
nervi perplexi sunt. quod suggestionum eius
argumenta implicatis inuentibus
alligant. ut plerisque peccare faciant.
quatenus si fortasse peccatum fugere cupi-
ant. hoc sine aliquo laqueo peccati non
euadant. et culpam faciunt dum vitant ac
nequaquam se ab una valeant soluere. nisi
consentiant in aliam ligari. **Quod** melius
ostendimus si qua ex peruersitate hominum
allegatis huius exempla proferamus.
Ecce enim quidam duos mundi amicitia-
as appetit. cuiuslibet alteri simile sibi vi-
tam ducenti. quod secreta illius omnino silentio
pregat iureiurando se asstringit. sed is
cui iuratum est adulterium perpetrare cog-
noscat. ita ut etiam maritum adulterare oc-
cidere conetur. is autem qui iureiurandum
prebuit ad mentem reuertitur. et diuersis
hinc inde cogitationibus impugnat. at-
que hoc silere formidat. ne silentio adul-
terij simul et homicidij princeps fiat et per-
tere trepidat. ne reatus se perire ob-
stringat. perplexis ergo testiculorum ner-
uis ligatus est. qui in quolibet partem
declinet metuit. ne a transgressionis con-
tagio liber non sit. **Alius** cuncta que mun-
di sunt derelinquens. ac per omnia fra-
gere voluntates proprias querens. alie-
no se subdere regimini appetit. sed eius
D. ij.

qui sibi apud deum preesse debeat minus cauta inquisitione discernit. cui forsasse is qui sine iudicio eligi cupisse iam ceperit. agi que dei sunt prohibet que mundi sunt iubet. pensans atque subditus vel qualis sit culpa in obsequio vel quod primum secularis vite et obedire formidat. ne aut obediens in suis preceptis deserat aut inobediens deum in electo prelatore premnat. et aut illicitis obtemperans hoc quod pro deo appetit deum exerceat. aut rursum non obtemperans eum quem suum iudicem quesierat iudicio suo supponat. **A**parte ergo iste per indisciplinam suam iudicium perplexis testiculorum nervis astringit. quod aut obtemperans aut non obtemperans in culpa transgressionis ligatur. quod et beemorb iste ita inexplicabilibus nodis ligatur ut plerumque mens in dubio obducta. unde se a culpa solvere nititur inde in culpa artius astringatur recte dicitur. **T**erui testiculorum eius applexi sunt Argumenta namque machinationum illius quasi quo laxantur ut relinquatur. eo magis implicatur ut teneantur. Est tamen quod ad destruendas eius defucias utiliter fiat. ut cum mens inter minora et maxima peccata astringitur si omnino nullus sine peccato evadendi aditus pater. minora semper eligantur quod et qui muroz ambitu vndique ne fugiat claudis ibi se in fugam precipitet. ubi brevior murus invenitur. **U**nde cum in dubijs restringimur utiliter minimis subdamur. ne in magnis sine venia peccemus. itaque plerumque nervorum beemorb istius perplexitas solvitur dum ad virtutes maximas permissa minora transitur. **H**ec gregorius. **E**t **S**ed et hoc considerandum quod sunt diversa consilia prava demonum. per que solent nonnumquam corda decipere et ad culpam pertrahere. et quos non possunt per vitia apra temptando superare. hos querunt per prava consilia supplantare. **D**e hoc itaque beatus

gregorius. xxxij. moral. exponens illud **O**ssa beemorb sic ut fistule eris sic loquitur dicens. quid possit istius beemorb nisi consilia prava designantur. nam sicut in ossibus positio roburque corporis subsistit. itaque in fraudulentiis consiliorum tora se eius malicia erigit. neque enim vi quepiam premit. sed ad calliditatem pestifere persuasionis illicit. in hoc vero eius testiculi ab ossibus et suggestiones a consiliis distat quod per illas apte noxia ingerit. per hec autem quasi ex bono consulens ad culpam trahit. per illas pugnando superat. per hec velut consulendo supplantat. ista vero astra eius consilia dum quasi blanda promittuntur. cor a forti intentione auerunt et dum dulcia resonant. ad noxia inclinant. hoc enim beemorb iste magno opere ad exequendam deceptionem satagit. ut dum pueritatis sue consilium quasi vile ostendit suaviter valeat quod de qua tenus et ostensa utilitate mentem mulceat. et absconsa iniquitate corumpat. que apertius in cunctis ostendimus si pauca breviter consiliorum eius argumenta pandamus. **E**cce enim quidam rebus propriis contentus decrevit nullis occupationibus mundi huius implicari. valde formidans quietis sine commoda perdere. et valde respiciens cum peccatis lucra cumulare. **A**d hunc hostis calidus veniens ut intentionem bone devotionis subvertat quasi utilitatis consilium subministrat dicens. **E**cce quidem que sunt in presenti sufficientia sed his deficientibus quid acturus es si etiam post hec nulla provident an non et tene ne culpa declinari. hec interim blandiens insinuat et seorsum iam in negotio terreno quos preuidet peccati laqueos occultat. **A**lius decrevit quodammodo terrena non solum non querere sed etiam cunctis que possidet renunciare. ut in disci

plinaru celestis maisterij tanto se libe-
rius exerceat. quanto et expeditior red-
ditus ea que possidentem premere po-
terat deserens calcat. huius cor hostis
insidians occulta suggestione alloqui-
tur ita dicens. Unde tante hęc temeri-
tatis surrexit audacia. ut credere aude-
as quod ad omnia relinquenda subsistas
Aliter te creator perdidit. atque aliter tu
ipse disponis. an non plerique et terra
patrimonia nequaquam deserant. et tamen
ex his per misericordie opera superne sortis
bona eterna mereant. hęc blandiens
suggerit. seorsum vero in eisdem rebus
quos retinere ammonet. an retinētis
oculos delectationes pestiferas decipi-
ens apponit. quatenus seductum cor ad
blanda exteriora pertrahat. et intima
perfectōnis vota pervertat. Omnia itaque
eius sicut fistule eris sunt. quia dolosa
eius considerans dum blandum de exte-
rioribus sonum reddunt. perniciosum di-
spendium de interioribus ingerunt. Ali-
us relictis omnibus que exterius posse-
derat. ut ordinem sublimioris discipu-
latus apprehendat. etiam intimas fra-
gere voluntates parat. ut alterius se re-
ctoris voluntatibus subdet. non solum
pravis desiderijs sed ad perfectōnis cu-
mulum etiam in bonis votis sibi metum
nunciet et cuncta que sibi agenda sunt
ex alieno arbitrio obseruet. Hunc hostis
callidus tanto mollius alloquitur
quanto ab excellentiori loco deſcendere ar-
tentius conat. moxque virulenta sugge-
stione blandiens dicit. Quanta per-
temeripsum miranda agere poteris si
nequaquam te alterius iudicio subdis. cur
perfectum tuum sub studio melioratio-
nis imminuis. cur intentionis tue bo-
num dum ultra quam necesse est extendi-
te niteris frangere. que enim dum volun-
tate propria versus es peruersa perpetrasti.
qui ergo tibi plene ad viuendum bene

sufficis. alium super te iudicem cur re-
quiris. Hęc blandiens intimat. seorsum
vero involuntate eius proprijs exer-
cende superbie causas parat. et dum lau-
dat corde intestina rectitudine inuesti-
gat callide ubi subuat in pravitate. Ali-
us fractis penevoluntatibus suis. mul-
ta iam vetusti hominis vitia et immu-
tatione et lamentatione penitentie exte-
xit et tanto maiore zelo pro aliena pec-
cata accendit quanto sibi metipsum fun-
ditus mortuus. iniquitatibus proprijs non
teneretur. Hunc hostis callidus quia ze-
lo iusticie eam ceteris predesse cogno-
scit. quasi sub specie silentibus verbis
appetit dicens. quid te ad aliena cura
dilatans. utinam tua preſiderare qua-
lescas. an non perpendis quia cum ad
aliena extenderis. erga ea curanda que
tua sunt minor memineris. et quid pro-
testi alieni vulneris cruorem tergere et
putredinem proprie negligentie dilata-
re. hęc quasi dum preſulens dicit zelum ca-
ritatis adimit. et omne bonum quod pro-
dure ex caritate poterat gladio subito
ducto torporis extinguit. si enim pro-
mos diligere sicut nos ipsos precipimus
dignum est. sic eorum zelo pro vitia si-
cut nostro flagremus. Quia ergo dum
suauiter preſulit. mentem ab intentione
propria alienam reddit. recte dicit. Omnia
eius sicut fistule eris. Quia enim per
fraudulenta consilia audientis animo
blandum sonat. quasi cum fistula eris
cantat. ut unde mulcet inde decipiat.
hęc gregorius.

Filius.

Optio informari que sint acio-
res aut validiores temptaciones
quas sustinent religiosi et alij christifi-
deles. et quomodo sit illis resistendum
de his mihi aliquid rogo explanari.

Capitulum .VI. Pater D.
D. iij.